

author: Arciconfraternita della Carità <Roma>
title: Bulla institutionis Societatis Charitatis de Vrbe.
shelfmark: 68.13.G.2.2
library: Biblioteca nazionale centrale - Roma - IT-RM0267
identifier: CNCE015550, EDIT16/CNCE015550

Le riproduzioni digitali accessibili dalla Biblioteca digitale italiana di www.internetculturale.it sono per la maggior parte di dominio pubblico, e provengono dalle attività di digitalizzazione realizzate dalle biblioteche che possiedono gli originali e la proprietà delle riproduzioni digitali, e sono istituzioni partner del portale.

La riutilizzazione non commerciale è libera e gratuita nel rispetto della normativa vigente.

Ai fini della riutilizzazione commerciale e/o per ottenere un documento ad alta definizione contattare il detentore dei diritti del bene digitale utilizzando nel Download del documento, il contatto di posta elettronica.

Gli utilizzatori finali dei beni digitali, sia che riproducano parzialmente o completamente le immagini, dovranno sempre e comunque citare la fonte www.internetculturale.it

.....

The digital reproductions accessible from the Italian Digital Library www.internetculturale.it are mostly of public domain, and come from the digitization activities carried out by the libraries that own the originals and are ownership of digital reproductions, and are Institutions partner of the portal.

The non-commercial re-use is free in accordance with the local regulations.

To allow commercial reuse and/or to obtain a high-definition document please, contact the copyright holder of the digital object using the contact e-mail you can find in the Download of the document.

The terms of use of the Internet Culturale material states that the final users that reproduce images or part of them must mention the source www.internetculturale.it

Bulla

Institutionis Societatis
Charitatis de
Urbe.



Romæ apud Antonium Bladum.

M. D. XLV.

ALLA

Institutionis Societatis
Charitatis de
Vrbis



Rothar apud Antonium Bladum.

M. D. X L V.

BVLLA SOCIETATIS
CHARITATIS.



LEO Episcopus Seruus
Seruorum Dei: Ad perpe-
petuam rei memoriam. Illius
qui charitas est, & cuius Apo-
stolus Paulus, se etiam si lin-
guis hominum loqueretur, &
Angelorum: nouissetq; my-
stera omnia, ac prophetiam,
& omnem scientiam, omnēq;
fidem, ita vt montes transferre posset, non tamen
Charitatem haberet, nil esse, & Charitatem reliquis
virtutibus maiorem, ac legis plenitudinem esse firma-
uit: Vices (licet immeriti) gerentes in terris, vt vbi-
libet, & præsertim in alma Vrbe (quæ vniuerso or-
bi exemplar, & virtutum speculum esse debet) Cha-
ritatis opera exercentur: frugifere opem, & operam
impendimus efficaces. Sane (sicut nobis nuper in-
notuit) dilectus filius noster Iulius. tt. Sancti Lauren-
tii in Damaso, presbyter Cardinalis, Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Vicecancellarius: pie considerans, q. paupe-
res mendicare erubescens: longe maiores, q. paupe-
res mendicantes, sustinent necessitatis: Quodq; cum
Curia Romana, maximo forensi, & ignotoꝝ numero,
frequentet, magna pars incarceratorū in Vrbe, nedum
amicis, qui pro eis sollicitent, verū etiam, notis sæpe
carent: Et q. cadauera pauperum defunctorū quotidie

Pauperes
mendicare
erubescen-
tes.
Forenses
carcerati.
Cadauera
pauperū.

Sūmā duo
rū Milliū
duc. p̄ hu
iūsmodi op
eribus.
Sub tit. Sā
ctiss. Cha
ritatis.
Singulis
diebus, ergo
re alimen
ta pauperi
bus.
Carceres
vsitare, et
p̄ pauperi
bus procu
rare, & pro
captura &
expēsis sol
uere.
Cadavera
pauperum
defūctorū
decēter sep
eliri cum
cruce, et sal
tem, vno
psbytero.

per baiulos in plateis ac locis publicis eiusdem Urbis, passim, ad colligendum, pro eorum vectura, & sepultura, elemosynas, ponebant: & sine cruce ac sine lumine, & cū magno dedecore, & Christifidelium horrore, ad sepulturam vehēbātur. Cupiensq; p̄missis & aliis rei publicæ Christianæ, p̄sertim in dicta curia necessitatibus, & charitatis operibus p̄uidere: & q; p̄uisiono huiusmodi perpetuo duraret atq; vigeret: Nōnullos Curiales, ac dictæ Curiaē Officiales, quorum aliqui circa mendicare erubescētes; alii vero, circa incarceratos huiusmodi, operam aliquandiu p̄stiterant, & p̄stare desiderabant, ad se fecit vocari: & offerens eis ex tunc, pro operibus huiusmodi, summam duoz Millium ducatorum auri, & omne auxilium, operam, & fauorem: eos hortatus est: vt inter se & alios, dictis operibus assistere volentes: Societatem sub titulo sanctissimæ Charitatis inirent, ac dictis, & aliis, per alias eiusdem Urbis Societatis, non assumptis charitatis operibus, intenderent. Quo quidem authore, dicti Curiales & officiales, intenso gaudio perfusi: iam per Annum vel circa: panes singulis dominicis diebus, & alia alimenta, dictis Pauperibus erubescētib; erogare: necnon dictos carceres, per personas per eos ad id deputatas, visitare: & vt iustitia (p̄sertim pauperibus, & qui pro eis sollicitent non habentibus) celeriter ministretur, procurare: & pro pauperibus incarceratis: capturae, ac alias expensas soluere: & cadavera pauperum defūctorum decēter coperta, & cruce, ac luminaribus p̄cedentibus, saltem vno psbytero, ac aliquibus aliis

associantibus, ad sepulturam deferri facere (propriis di/
 cti Iulii Cardinalis & Vicecancellarii, ac eorū expēlis)
 curarūt; & Cōfraternitatē sc̄tissimæ Charitatis (in qua
 iam octuaginta, & vltra Cōfratres, quorum aliqui Epif
 eopi, & alii Prælati, aliqui Officiales dictæ Curia, & ali
 qui Curiales existunt) instituerunt; ac in Ecclesia San
 cti Andreae regionis Arenulæ, se saepe pro Charitatis
 operibus exercendis, cōgregant. Nos igit̄ gratias Deo
 agentes, quod nostro tempore, ac dicto Iulio Cardina
 li (qui noster, secūdam carnem, frater patruelus existit)
 auctore; tam saluberrima, tamq̄ pernecessaria Chari
 tatis opa, in dicta Curia cœperint exerceri. Cupiētesq̄
 q̄ perpetuo frequententur, ac illis dicti confratres ani
 mo hilariori insistant. Motu proprio, non ad Iulii Car
 dinalis, & aliorum Confratrum prædictorum, vel ali
 cuius alterius pro eis super hoc nobis oblatae petitiōis
 instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa
 nostra scientia; Institutionem huiusmodi, & quæcumq̄
 statuta, ac Ordinationes, per Confratres Cōfraternita
 tis huiusmodi edita, approbamus, & cōfirmamus; sup
 plemusq̄ omnes & singulos, tam iuris, q̄ facti defe
 ctus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Ipsamq̄
 Confraternitatem in Archiconfraternitatem, caputq̄
 omnium Confraternitatum Charitatis vbilibet insti
 tutarum, & instituendarum, perpetuo erigimus & insti
 tuimus; ac ei, omnes & singulas vbiq̄ institutas, & insti
 tuendas Confraternitates Charitatis, immediate subii
 cimus, & facimus membra ab ea dependentia, sine ta
 men earum præiudicio. Quodq̄ confratres Archicō

A iii

Motu pro
prio, & ex
certa sc̄ia.

Confrater
nitatē & il
lius statu
ta, & cōfir
ma, ac des
fectus sup
plet.

In Archi
cōfraterni
tatē erigit̄
ac caput as
liarū insti
tutarū, &
instituēda
rum facit.

Qd status

ta facere et
mutari pof
fint.

Qd cōfratres, ac illoꝝ ecclīæ Capellani: res et bona quacuncq; ac eorū ecclīas viſitantes, ſeu de ſuis bonis reliquētes &c. gaudeāt priuilegiis & indulgentiis, etiam plenariis, in fauorem S. Ioh. i. Laterano. S. Spūs in Saxia. S. Mariæ de populo S. Iacobi i. Auguſta. S. Ioh. Bap. S. Coſmę & Damiani de Vr

fraternitatis huiusmodi, quacuncq; ſtatuta & ordinatio nes, pro eiufdem Archiconfraternitatis, felici regimi ne: ad piorum operum huiusmodi exercitium, & aliis quotiens & prout eis videbitur, etiam cum quarūcuncq; pœnarum, in contrauenientes, appoſitione, condere, re formare, & mutare, ipſasq; pœnas executioni deman dare: Necnon Archiconfraternitas, & Cōfratres, com muniter, ac diuiſim, illorumq; ecclīæ Capellani, Mi niſtri, Officiales, Familiares, res, & bona quacuncq; ac eorum ecclīas huiusmodi viſitantes, ſeu de bonis ſuis pro dictis operibus, in teſtamento, vel alias con tribuentes, legantes, ſeu relinquentes, aut Archicon fraternitatem ipſam heredem particularem, vel vni uerſalem inſtituentes: omnibus & ſingulis, ac illis eiſ dem priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indul gentiis, etiam plenariis, facultatibus, libertatibus, au ctoritatibus, conſeruatoriis, indultis, fauoribus, lite ris, & gratiis ſpiritualibus & temporalibus, a ſede apo ſtolica, in fauorem, ſub imagine Saluatoris ad ſancta ſanctorum, & Sancti Spiritus in Saxia, ac beate Ma rix de populo, & Sancti Iacobi in Auguſta, necnon Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, & Coſmæ, ac Damiani de Vrbe, & Sancti Iacobi in Compoſtella, Hospita lium, & Confraternitatum, & Confratrum, ac illorum ecclīarum Capellanorum, Miniſtrorum, Officialiū, Familiarium, rerum, bonorum quorumcuncq; ac illoꝝ rum ecclīas, viſitantium, vel illis de bonis ſuis laꝝ gientium, aut illa in totum, vel in partem heredem in ſtituentium, communiter, vel diuiſim, in genere, vel in

specie, quomodolibet emanatis, & emanandis. Quae omnia & singula, nec non quarumcunque literarum apostolicarum de super quomodolibet confectarum, & conficiendarum, & quorumcunque in eis contentorum, tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habemus, etiam si illa non sint in usu, aut reuocari contingat: uti, potiri & gaudere, ac literas apostolicas super eisdem privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conseruatoriis, indultis, fauoribus, & gratiis, etiam illorum indiuiduam expressionem, & mentionem faciendo, mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, inuocationibus, ac diebus, ad libitum Confratrum Archiconfraternitatis huiusmodi: simul, vel separatim expediri facere, in omnibus, & per omnia, ac si illa non solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illarum omnium tenorum de verbo ad verbum expressionem, & insertionem: eisdem Archiconfraternitati, illiusque confratribus, & ecclesiis rebus, bonis, Ministris, Officialibus, Capellanis, Familiaribus, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus, aut alias contribuentibus, legantibus, aut relinquentibus, seu ipsam Archiconfraternitatem haeredem particularem, vel vniuersalem instituentibus, sigillatim concessimus (put praesentium tenore concedimus) libere & licite valeant. Et quod quicumque dictae Archiconfraternitatis, & quibus etiam illius Officialibus pro tempore existentes, id concesserint: aliarum ab ea dependentium Confraternita-

be, ac Scti
lac. in Cō
postella ho
spitalium,
& cōfrater
nitatū ema
natis, & e
manandis.

Qd absen
tes, et alias

cōfraterni
ratū ab ea
depēdētū
cōfratres:
gaudcant
ex indulgen
tiis, etiā ple
nariis.
Cōfratres
vtriusq; se
xus.

Nota.
Nōiantes
nomē iesu
in mortis
articulo cō
sequuntur
Indulgētiā
plenariā.

Bona etiā
feudalia &
ecclesiastic
ca relinq
possint.

Pro qualibet
noīa
tione, seu
succēssiōe
xx. ann.

Iudices in
genere.

tum Confratres vtriusq; sexus, nunc & pro tempore
existentes, vbicunq; existant: eisdem indulgentiis, et
plenariis, & gratiis, quibus eiusdē Archisocietatis Con
fratres in Vrbe commorantes, gaudere possunt, etiam
si tunc confessi non fuerint (dummodo propositum
confitendi habeant) gaudere possint: frantq; partici
pes Ieiuniorum, ac diuinorum Officiorum, ac alio
rum quorumcunq; spiritualium bonorum, vbicunq; in
toto orbe, pro tempore factorum. Et quicumq; ex eis
pœnitens & contritus, nomen Iesu in mortis articulo
nominauerit: Plenariam omnium peccatorum suorum,
etiam de quibus, nisi morte præueniretur, confiteretur,
consequatur. Et quæcunq; bona, etiam feudalia, ac
Emphyteotica, etiam ecclesiastica eidem Archiconfra
ternitati, tam inter viuos, q̄ mortis causa, seu testa
mento, vel codicillo, dari, concedi, & relinqui, libere
possint: Ita tamen, q̄ ipsa Archiconfraternitas ad ea
dem onera, ad quæ donator seu testator huiusmodi,
occasione bonorum eorūdem, tenebatur: & quæcunq;
alia, quæ ipse donator, seu testator, etiā iposuerit, om
nino teneatur. Et si ad certum numerum generationū,
aut nominationum, eadem bona concessa fuerāt: ipsa
Archiconfraternitas, nō perpetuo, sed per Viginti An
nos, pro qualibet generatione, seu nominatione huius
modi: bona eadē tenere possit: & finitis ipsis annis, bo
na prædicta, ad eorum directos dominos deuoluant,
& ab. q; eorum consensu, teneri non valeant, perpetuo
statuimus & ordinamus. Et nihilominus, vniuersis
& singulis Archiepiscopis: Episcopis: Abbatibus: &

aliis in dignitate ecclesiastica constitutis personis: nec/
non Canonicis Metropolitan. vel aliarum Cathedra/
lium Ecclesiarum, ac dictorum Archiepiscoporum, &
Episcoporum Vicariis in spiritualibus generalibus, &
Officialibus vbilibet constitutis, per Apostolica scri/
pta, motu simili, mandamus: quatenus ipsi, vel plures,
aut vnus eorum: per se, vel alium, seu alios, auctorita
te nostra, faciant presentes literas, & in eis contenta
quæcūq; optatum effectum sortiri, ac ab oibus, quos
concernunt, inuiolabiliter obseruari. Non permitten/
tes quemquam, contra tenorem presentium, modo
aliquo, molestari, impediri, aut inquietari. Contra/
dictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunq;
arbitrio suo imponendas, applicandas, & exequen/
das censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia, appella
tione postposita, compescendo. Inuocato etiam ad hoc,
si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obsta. n.
Fe. re. Bonifatii. Papæ. viii. p̄decessoris n̄ri de vna, qua
cauetur, ne quis extra suam diocesim, nisi in certis ex/
ceptis casibus, & in illis, vltra vnam dietam a fine suæ
diocesis, ad iudicium euocetur: seu ne iudices a sede
prædicta deputati: extra Ciuitatem vel diocesim, in
quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procede
re: aut alii, vel aliis, vices suas committere præsumant:
& de duabus dietis in Concilio generali edita: ac aliis
cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon
statutis & consuetudinibus, etiam iuramento, cōfirma/
tione apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, pri
uilegiis quoq; indultis, ac literis apostolicis, a dicta se/

de, etiam motu proprio, & ex certa scientiâ, ac de Apo-
stolicâ potestatis plenitudine, & de dictâ Romanâ ec-
clesiâ Cardinalium consilio, & consensu, etiam Consi-
storialiter habitis, ac per viam contractus, & obligatio-
nis iuramento vallatis, necnō perpetui statuti, & ordina-
tionis, & cum quibusuis, etiâ exceptiuis, præseruatiuis,
mentis attestatiuis, irritatiuis, annullatiuis, restitutoriis,
innouatoriis, ac derogatoriis derogatoriis, aliisq; effi-
caciorebus efficacissimis, & insolitis clausulis, & quan-
tūcunq; vrgētissimis causis, ac necessario exprimēdis,
quomodolibet emanatis, & emanādis: quibus etiâ, si p
illorum sufficienti derogatione: de illis, eorumq; totis
tenoribus: specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbū
(nō autem per clausulas generales idem importantes)
mentio, seu quacūq; alia expressio, habenda, aut exquisi-
ta forma seruanda foret: Illorum omniū tenores, præ-
sentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-
bum insertis, necnō modos, & formas, ad id seruādos,
pro indiuiduo seruatis, habētes: harum serie, in eo, qd
præsentibus quomodolibet obstant, specialiter & ex-
presse derogamus: ceterisq; contrariis quibuscunq;
Nos enim præsentis literas, & in eis cōtenta quacūq;
sub bullis, etiam in fauorem Basilicæ Principis Apосто-
lorum de Vrbe, ac illius Fabricæ & Cruciatæ sanctæ,
quolibet emanatis & emanādis: reuocationibus, suspē-
sionibus, annullationibus, limitationibus, modificatio-
nibus, uel derogationibus compræhendi: illisq; , etiam
illorum toto tenore inserto, etiam in aliquo derogari
nullatenus posse: & quotiens opus fuerit, totiens in pri

In aliquo
derogari
nullatenus
posse.

stinum, & sub quacūq; data, de qua officialibus Archi/
 confraternitatis huiusmodi pro tempore placuerit, re/
 stituta esse, & cēseri; ac literas, apostolicas de super ex/
 pediri posse decernimus. Et quia difficile foret, p̄sen/
 tes literas, ad quacūq; loca, vbi opus esset, deferre.
 Volumus, & apostolica etiā auctoritate decernimus:
 qd' earūdem præsentium transumptis, alicuius Nota/
 rii publici manu subscriptis, & Curiaē ecclesiasticæ, seu
 personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ, sigillo mu/
 nitis; eadem prorsus fides adhibeat' vbiq; quæ adhibe
 retur eisdem p̄ntibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.
 Nulli ergo omniū hominum, liceat hanc paginam no/
 stræ absolutionis, approbationis, cōfirmationis, supple/
 tionis, erectionis, institutionis, subiectionis, concessio/
 nis, statuti, ordinationis, mandati, derogationis, volun/
 tatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario con/
 traire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit; indi/
 gnationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri & Pau/
 li apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Ro/
 mæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Do/
 minicæ, Millesimo Quingentesimo, Decimonono.
 Quinto Kal. Februarii. Pontificatus nostri,
 Anno Septimo.

Transumptis adhibeatur, fides vbiq;

G. Gabredo.

